

INCIPIIT EPISTOLA II SIXTI¹ PAPAE UNIVERSIS ECCLESIIS DIRECTA.

[H. 4] Sixtus universalis apostolicae ecclesiae episcopus² omnibus episcopis salutem³ in domino.

Cognoscat⁴ vestra sapientia, carissimi fratres, quia⁵ in hac sancta apostolica sede a nobis et

reliquis episcopis ceterisque domini sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab aliis quam a

5 sacratis dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, ut sacra domini vasa,

quaecumque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis quam a domino famulantibus eique dicatis

tractentur viris, ne⁶ pro talibus praesumptionibus iratus dominus⁷ plagam imponat populo suo, et hi,

qui etiam non peccaverunt, mala patiantur aut pereant, quia perit iustus saepissime pro impio.

Attendite, fratres, ne talia vestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex pretioso sanguine

10 Christi redemptus in praecipitium⁸, quod absit, ruat. Propter quod assumite armatura⁹ dei, ut

possitis resistere his, qui contradicunt veritati, et induite vos lorica iustitiae, calciati pedes in

praeparatione¹⁰ evangelii pacis.

Quellen:

3-7: *Cognoscat - viris* sec. vit. Xysti c. 2. in libr. pontif.

8: *quia - impio*, Ben. II. 370. (I Petr. III. 18). Cf. Anacl. 19, Greg. M. ad Fel.

9f.: *Attendite - ruat*, Martin. I. pp. ep. encycl. (Mansi 10, 1178). Cf. Lib. 2.

10-12: *propter - pacis*, Martin. I. pp. ep. encycl. (Mansi 10, 1182). Cf. Lib. 2.

Rezeption:

3-10: *Cognoscat – ruat*: Polycarpus III,9,13.

3-14: *Cognoscat – dei*: Ps.-Remedius c. 27; Burchard III,214; Ivo, Decr. III,264.

3-8: *in – impio*: Gratian D. I de cons c. 41 (3: *hac* fehlt).

3-7: *a nobis – suo*: Ivo, Decr. II,70.

¹ SIXISTI 183

² episcopus *korr. aus* episcopis V630

³ salutem in domino] in domino salutem V630

⁴ *am Rande* De sacris vasis 183

⁵ quia *korr. aus* qua N442

⁶ *am Rande* Quod vasa domini tractari non debeant nisi ab ecclesiasticis viris VD38

⁷ dominus *korr. aus* domino VD38

⁸ *am Rande* foveam perditionis VD38

⁹ armaturam V630; 183

¹⁰ praeparationem VD38

[H. 5] Si¹¹ quis vero vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam et apostolicam appellet¹² sedem et ad eam quasi ad caput suffugium¹³ habeat, ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiat¹⁴ur. Si autem necesse ei venire¹⁵ eamque appellare minime¹⁵ fuerit, et vocatus tamen ab hac¹⁶ sancta sede fuerit, non renuat venire, sed confestim, ut ei nuntiatum fuerit, venire festinet, et causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat¹⁷, atque, si necesse¹⁸ aliquid corrigere fuerit, cum his, quos hic primos invenerit, corrigat. Ad ecclesiam tamen suam non prius revertatur¹⁹, quam hinc²⁰ litteris apostolicis vel formatis²¹ pleniter instructus atque purgatus²², si fuerit unde, ut²³, postquam²⁴ domi²⁵ reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter huc²⁶ suam²⁷ aliorumque causam²⁸ finierit, quatenus eam absque aliqua ambiguitate²⁹ nuntiare et praedicare omnibus possit. Ab hac enim sancta sede a sanctis apostolis tueri, defendi et liberari episcopi iussi³⁰ sunt, ut, sicut eorum dispositione ordinante domino primitus sunt constituti, sic huius sanctae sedis, cuius dispositioni eorum causas et iudicia servaverunt, protectione futuris

Quellen:

14: *et ad - caput*, Innoc. I. ep. ad Fel. Nuc. pr. (H. no. 9). Cf. Anacl.34, Evar. 1, Marcelli 2, Iul. 6, Dam. de corep., Anast. I. pp. ep. I.Fel. IV. pp. ep. 1.

24: *cuius - servaverunt* sec. Innoc. I. ep. ad Vict. Roth. c. 3. (H. no. 7). Cf. Sixt. II. pp. 2, Iul. 12.

Rezeption:

13f.: *Si - habeat*: Deusdedit I,65 (s. auch 15-21; 30f.; 22-25); Bonizo IV,53 (s. auch 15-21; 30f.; 22-25).

13-15: *Si - patiat^{ur}*: Gratian C. II, q. 6, c. 4.

13-26: *Si - cognoverint*: Coll. Ans. ded. I,31; Gratian C. VIII, q. 5, c.1 (13-19: *Si - revertatur*] *Quilibet fratrum pulsatus, atque ab hac sancta sede vocatus cum se nobis representaverit, non prius revertatur*).

13-31: *Si - venturam*: Ivo, Decr. V,3.

13-32: *Si - sua*: Sentenzen c. 7 (22-30: *Ab - nudatus* fehlt); Anselm v. Lucca II,8 (22-30: *Ab - nudatus* fehlt).

15-21: *Si - finierit*: Deusdedit I,65 (15f.: *si - et* fehlt) (s. auch 13f.; 30f.; 22-25); Bonizo IV,53 (15f.: *si - et* fehlt) (s. auch 13f.; 30f.; 22-25).

¹¹ *am Rande* De appellationibus I83

¹² *appellet korr. aus appellat* V630

¹³ *am Rande* confugium VD38

¹⁴ *evenerit* V630

¹⁵ *minime*] *minime ausus korr. aus minime* V630

¹⁶ *hac sancta*] *huius ecclesie sancte* VD38

¹⁷ *am Rande* exponat ordinet VD38

¹⁸ *necesse*] *necesse ei* I83

¹⁹ *revertatus* I83

²⁰ *hinc korr. aus hic* V630

²¹ *am Rande* canonicis VD38

²² *purgatus*] *purgatus sit* VD38

²³ *et* V630

²⁴ *priusquam* VD38

²⁵ *domum* VD38

²⁶ *hic* VD38

²⁷ *sua* V630

²⁸ *causam finierit*] *causa discussa fuerit korr. aus causa fuerit* V630

²⁹ *am Rande* dubietate VD38

³⁰ *iussi korr. aus iusisi* I83

25 temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Unde culpantur hi, qui³¹ aliter circa
 fratres egerint, quam huius sedis rectoribus placere cognoverint. [H. 6] His taliter consideratis atque
 cum reliquis episcopis decretis³² tamquam omnium curam gerentes³³ propter sedis propriae
 apicem³⁴ ³⁵ decernimus³⁶, ut nemo pontificum aliquem suis rebus exspoliatum episcopum aut a³⁷
 sede³⁸ pulsum excommunicare aut iudicare³⁹ praesumat, quia non est privilegium, quo⁴⁰ ⁴¹
 30 exspoliari⁴² possit iam nudatus. Si quis autem aliter agere praesumpserit, sciat censuram⁴³ huius
 sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse venturam et, sicut egerit, ita recipiet⁴⁴. Si bene
 bene, si grave grave, si pessime pessime, quoniam dignus est operarius mercede⁴⁵ sua. Nos,
 fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se perdit, qui⁴⁶ pia⁴⁷ considerata avertit⁴⁸ ⁴⁹, et qui
 apostolorum et huius sanctae sedis decreta libenter violat⁵⁰.

Quellen:

25f.: *Unde - cognoverint*, cf. Sixt. II. pp. 2, Vict. 6, Iul. 12.

26f.: *His - gerentes*, Cass. hist. trip. IV. 15.

28f.: *ut - praesumat*, Ben. III. 153. Cf. Sixt. II. pp.6, Iul.12. (Praef. 6, Steph. 6, Fel. II. pp. 12. iv.).

29f.: *quia - nudatus*, Ennod. lib. apol. (p. 337.) aut Ben. add. III. 8. Cf. Sixt. II. pp. 6, Euseb. 12, Iul. 12, Syn. V. Symm., Ioh. I. ep. 1.

32f.: *Nos - volumus*, Coelest. I. ep. ad Vener, pr. (H. no. 33). Cf. Melc. 1.

Rezeption:

22-25: *Ab – liberi*: Deusdedit I,65 (s. auch 13f.; 15-21; 30f.); Bonizo IV,53 (s. auch 13f.; 15-21; 30f.).

25f.: *culpantur – cognoverint*: Deusdedit IV,313 (s. auch 1. Brief Sixtus I., 63f.)

26-32: *His – sua*: Burchard I,143; Bonizo III,57.

26-40: *His – munera*: Coll. Ans. ded. III,146.

30f.: *Si – venturam*: Deusdedit I,65 (30: *autem*] *vero*) (s. auch 13f.; 15-21; 22-25); Bonizo IV,53 (30: *autem*] *vero*) (s. auch 13f.; 15-21; 22-25).

³¹ qui aliter *korr. aus* qualiter V630

³² *am Rande* definitis VD38

³³ *am Rande* habentes VD38

³⁴ *interlinear* excellentiam VD38

³⁵ pacem I83

³⁶ discernimus I83

³⁷ a *fehlt* I83

³⁸ sede pulsum *korr. aus* se depulsum VD38

³⁹ diiudicare I83

⁴⁰ *interlinear* ut VD38

⁴¹ quod V630

⁴² exspoliari possit *korr. aus* exspoliari V630

⁴³ *am Rande* iudicium

⁴⁴ recipiat I83

⁴⁵ merce I83

⁴⁶ quia V630

⁴⁷ pie VD38

⁴⁸ *am Rande* repellit contemnit VD38

⁴⁹ avertat VD38

⁵⁰ *am Rande* corrumpit VD38

35 Sed et⁵¹ nunc, fratres, commendamus vos omnes domino et verbo gratiae eius, qui potest
 perficere et dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis et consolationis
 det vobis idipsum⁵² sapere⁵³ in⁵⁴ alterutrum, ut vobis invicem succurratis et non sitis divisi, ut
 unanimes uno ore et uno corde honorificemus eum in concordiam⁵⁵ et consolationem fratrum, qui
 40 temporibus⁵⁶ scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda⁵⁷ ⁵⁸ sunt munera. Data
 VIII⁵⁹ Kal. Aprilis Adriano et Vero cc. cons.

Quellen:

35-40: *Sed - munera*, Martin. I. ep. encycl. (Mansi 10, 1182). Cf. Lib. 2, Dam. 23.
 40f.: Nota consul. desumta ex Xysti vit. c. 1. in libr. pontif.

⁵¹ et *fehlt* V630

⁵² idipsum sapere *korr. aus* idipsum V630

⁵³ sapere] det vobis O93; N442; I83

⁵⁴ *am Rande* in invicem VD38

⁵⁵ concordiam et consolationem] concordia et consolatione VD38

⁵⁶ temporis I83

⁵⁷ *am Rande* tribuenda VD38

⁵⁸ largienda *korr. aus* largiendi VD38

⁵⁹ VIII VD38